INSTITUTIO GALLICAE LINGUAE. - GENEVAE, HAEREDES...

Johannes Garnier

Digitized by Google

MENTEM ALIT ET EXCOLIT

K.K. HOFBIBLIOTHEK
ÖSTERR. NATIONALBIBLIOTHEK

73.M.93

73. M 93.

INSTITVTIO GALLICÆ LINGVÆ,

IN VSVM IVVENTVTIS GERMANICAE,

Ad illuſtriſsimos iuniores Principes, Landsgrauios Heſsiæ, conſcripta.

AVTHORE IOAN. GARNERIO.



GENEVÆ,

Apud hæredes Euſtathij Vignon.

M. D. XCI.

KOENIGLICHE BIBLIOTHEK

ILLVSTRISSIMIS GE-
NEROSISSIMISQVE PRINCIPI-

bus ac Dominis D. Ludouico, & D. Philippo germanis fratribus, Lantdgrauiis Heßiæ, Comitibus in Catzenelnboguen, Diets, Ziegenhain & Nidda, dominis ſuis clementißimis, Ioannes Garnerius S. P.

QVOTIES memorabile illud Ennij, vetuſtiſs. poetæ dictum animo repeto, Principes illuſtriſsimi, quo tribus de cordibus (tria ſignificans linguarum idiomata) animi ſui concepta expromere poſſe gloriatur: toties illam induſtriam, quam ſub fidelibus præceptoribus (quibus & ipſe nunc adnumeror) in perdiſcendis diuerſarum gentium linguis inſignem collocaſtis, non poſſum non ſummopere admirari, multíſque nominibus commendare. Quid enim hoc veſtro ſtudio laudabilius? quid excellentius? quídve illuſtrius in hanc veſtram ætatem cadere poſſet? præſertim cùm Deus ipſe inter tot támq; varia dona, quibus à prima mundi origine Eccleſiam ſuam mirificè exornauit, linguarum etiam donum, vt maximè neceſſariũ per Spiritum ſanctum impertitus fuerit. Quocirca nec dubito quin idem Deus Opt. Max. hoſce veſtros tam pios, támque honeſtos conatus, ſuo Spiritu ſit promoturus, & ad optatum tandem finem perducturus: modò & vos ea qua cœpiſtis fide, atque (vt ſpero diligentia in incœpto curſu progrediamini & perſeueretis. Neque ſanè vos improborum (ne quid grauius dicam) adulationes aut calumniæ ab inſtituta, & ad veram gloriam proxima

ac veluti compendiaria via abducant, quaſi iſte labor principum liberos parum deceat, quin potiùs cum Alphonſo illo Arragonum rege exclamabitis, eam bouis non hominis vocem eſſe, quum non à rationis iudicio, ſed inſulſo belluinæ ruditatis inſtinctu profecta videatur: eoque fortius pro innata animi ingeniíque magnitudine pedem figite, ſummotúmque heroum, ac maiorum veſtrorum veſtigiis inſiſtentes, eos vobis imitandos proponite, qui propter ſingulare ſtudium atque diligentiam in perdiſcendis liberalibus artibus ac variis linguis, ſummam ſibi laudem peperere. Ponite ante oculos Macedonem illum Alexandrum, qui tanta auiditate ac ardore, cùm reliquas diſciplinas liberales, tum poemata, ſub præceptore omnium philoſophorum clariſsimo Ariſtotele, arripuiſſe fertur, vt ipſam Iliadem Homericam (quam rei militaris viaticum appellabat) memoriter recitare potuerit: ſubinde repetens, Malle ſe diſciplinis, quàm copiis, opulentiíſque antecellere. Huic non diſsimilis Ponti rex Mithridates, cum quo Romani quadraginta duobus annis, vt plurima, ita & grauiſsima bella geſſerunt. Is enim puer duodecim annorum, quum cognoſcendorum gentium morum, linguarúmqne capeſſendarum percupidus eſſet, relicta regia domo paterna, adoleſcentiam in peragrandis peregrinis regionibus ignotus conſumpſit: eóque tandem progreſſus eſt, vt cùm vigintiquatuor populis diuerſi idiomatis imperaret, ſingulis propria ipſorum lingua iura dicere potuerit. Quæ res ei non ſolùm beneuolentiam apud ſubditos conciliauit, verùm etiam magnam illi, & authoritatem & gloriam, & apud milites & exteras nationes comparauit. Sed quid externis recenſendis immoror? Habetis

Habetis ad hanc rem, longè nobiliſsimum exemplar domeſticum, illuſtriſsimum, inquam, Principem dominum Guilielmum fratrem veſtrum natu maximum, Dominum meum generoſiſsimum: qui ſingulari induſtria, nec minori labore, breui temporis ſpatio, non ſolùm variarum linguarum cognitionem percepit: *ſed* ita etiam in omni diſciplinarum genere profecit, vt omnes docti, & acumen ingenij, & heroicam indolem, & doctrinam elegantem, non immeritò admirentur, ſuſpiciant, ac venerentur. Habetis & ſacroſanctam Imperialis aureæ bullæ conſtitutionem, quâ cautum legitis, vt principes Germani, ad ſeptem*viratus* honorem (ad quem veſtro ſtemmati, non vna ſaltem via aditus patet,) prouehendi, quatuor externas ſiue peregrinas linguas (inter quas hæc noſtra Gallica in primis recenſetur) teneant. Quocirca ſi hiſce perſuaſi, tam externorum exemplorum, quàm domeſtici æmulos atque ſectatores vos ſedulos præſtiteritis, ſpem concipio non minimam, fore vt aliquando veſtra ſponte eò peruenire poſsitis, quo & publica *& patria lege*, vocari vos non obſcurè (vt opinor) intelligitis. Verùm enimuerò quum currenti calcar addere non ſit opus, vóſque ſuperioribus hiſce annis duobus, non infœlicem operam huic rei, maximè verò linguæ Gallicæ nauaueritis: ego verò inter legendum, veſtro potiſsimùm monitu, regulas & præcepta quædam, quibus hæc noſtra lingua melius comprehendi, exteríſque faciliùs tradi poſsit, obſeruauerim: operæpretium me facturum exiſtimaui, ſi has obſeruationes in lucem veſtris auſpiciis edendas curarem: quò & generoſiſsimæ indolis Princeps, dominus Georgius, frater veſter natu minimus, &

reliqua Germaniæ pubes, huius idiomatis diſcendi auida, veſtró ſe beneficio & exemplo humaniter inuitatam, & non parum adiutam intelligat. Interea tamen vnumquenque monitum velim, hæc noſtra præcepta, vt reliquarum artium & diſciplinarum omnium, mutila & manca fore prorſus, niſi diligens exercitatio, & continuus acceſſerit vſus: teſtem huius idoneum imprimis cito eloquentiæ Romanæ principem Ciceronem, qui filium hortaturus, vt ſeſe in officiorum præceptis exerceat: ait, Vt nec medici, nec imperatores, nec oratores, quamuis artis præcepta perceperint, quicquam magna laude dignum ſine vſu & exercitatione conſequi poſſunt, ſic & officij conſeruandi præcepta traduntur: illa quidem, vt faciamus ipſi: ſed rei magnitudo vſum quoque exercitationémque deſiderat. Qua de cauſa imprimis vtile fuerit, vt qui fructum aliquem laborum ſuorum in hiſce rudimentis percipiendis conſequi voluerit, illis frequentem exercitationem, aſsiduúmque vſum, opptimum & præſtantiſsimum (vt idem ait) dicendi effectorem, & magiſtrum, coniungat. Cæterùm quòd hanc meam qualemcunque operam, illuſtriſsimi Principes, ſub veſtri nominis auſpiciis in publicum emittere decreuerim, præter cæteras, ea quoque potiſsima cauſa fuit, quòd vbi ipſi harum regularum ſeduli fueritis obſeruatores, & mihi ſuper iiſdem exactiùs cogitandi materiam præbueritis. Quòd ſi hoc meum inſtitutum veſtris excellentiis probatum ſenſero, abundè mihi ſatisfactum ac rationem laboris mei mihi conſtitiſſe putabo: nihil ambigens interea, quin iuuentus Germanica, Gallicæ linguæ addiſcendæ cupida, pro occaſione ſibi à vobis ſubminiſtrata, quantas maximas poterit, gratias

ſit

ſit actura. Valete fœlices ter & ampliùs in Chriſto, qui ſuo vos præſidio perpetuò tueatur, & ad nominis ſui propagationem conſeruet, Spiritúque ſuo ſancto vſque in vitam æternã perducat, Amen. Marpurgi Hæſſorum, Calendis Auguſti.

AD STVDIOSAM GERMANIÆ IVVENTVTEM,

Heinrycus Caniſius.

Cecropiæ proſtant Latiæ & fundamina linguæ,
Ædita principibus, non ſine laude, viris.
Gallica ſola latet non eruta lingua tenebris,
Nec fuit in certos, certa redacta, modos.
Inde graui toties ſumptu Germana iuuentus
Ancipiti reditu, Gallica regna petit.
Non tamen optatam potis eſt attingere metam:
Cur? quia Grammatices regula nulla datur.
Aßiduo aſt vſu ſi quæ diſcuntur, in auras
Illa, penes patrios, mox abiere, focos.
Ergo quid immenſo iuuat ære grauare parentes?
Quid vis per dubium tendere laſſus iter?
Hunc coemas paruum, paruo ſatis ære, libellum,
Garneri ingenio dexteriore datum.
Quem ſi vel laribus, cura vigilante, paternis
Volueris, & prudens gnauiter vſus eris,
Præmia, crede mihi, referes quoque digna labore,
Nec poteris ſumptus pœnituiſſe: VALE.

INSTITVTIO GALLICÆ LINGVÆ.

De Literis.

SV peruacaneum iudicaui, hîc in limine multa tractare de Literis, Syllabis, aut Diphthongis. Vſus enim (qui omnium artium magiſter eſt) frequens & aſſidua lectio hæc omnia facilè indicabunt. Verùm ne videar hæc minuta contemnere, obiter & extremis (quod dicitur) digitis ea attingere non grauabor.

Galli literas habent duas & viginti, A.b.c.d. e.f.g.h.i.l. m.n.o.p.q.r.ſ.t.v.x.y.z. Nam litera k, *vobis Germanis frequentiſſima, Gallis omnino ignota eſt. Quòd ſi dixerit aliquis, x, y, & z, peregrinas eſſe literas, quibus longè faciliùs carere poſſet lingua Gallica, quàm* k, *ipſe non multùm contenderim: imò optarim potius, quò certior atque facilior eſſet nominum deriuatio. Maximè verò de, x, & z, quas ineptè & contra regulas omnes pro, s, in fine dictionis aliquando vſurpamus. At quoniam id vſu iam lõgo receptum eſt, vt ego vnus nunc nõ poſſum omnes in meam ſententiam pertrahere, nec nouitatis ſtudioſus haberi volo, cuique ſuum arbitrium relinquo. Vtar interea & ego illis, quemadmodum & cæteri.*

Diuiduntur autem hæ literæ in vocales & conſonantes, quemadmodum apud Latinos. Ex conſonantibus autem nõnullæ ſunt quieſcentes: hoc eſt, quæ ſemper ſcribuntur, ſed nõ ſemper leguntur ſeu proferuntur. Gallorum enim antiquitas, quò ſuorum verborum, ſeu dictionum Gallicarum à Latina lingua deſcendentium originem ſignificaret, multas in ſcribendo literas retinuit, quas tamen in legendo omnino re-

liquit. Quod tædioſum valde moleſtúmque fuit lectoribus, atque linguam ipſam odioſam & difficilem omnibus peregrinis reddidit. Siquidem pleriq; omnes meritò conqueruntur, & ab eius lectione abhorrent, quòd aliter ſcribamus, aliter verò pronunciemus. Quod cùm animaduertiſſent moderni, linguam noſtram repurgare cupientes, illas omnes ferè literas quieſcentes prudenter expunxerunt. Adeò vt iam ſcriptura per omnia ferè ipſi pronuntiationi conueniat, hoc eſt, vt ita ſcribamus, quemadmodum loquimur. Quod magnum emolumentum, magnámque lucem huic noſtræ Gallicæ linguæ attulit. Unica litera, s, quæ nullo modo in ſcribendo omitti, neque illi certa regula aſſignari poteſt, quando ſcz, legi debeat aut quando non, omnibus adhuc faceſſit negotium. Hoc interea obſeruaui, quòd ſequente vocali, s, ſemper legitur: ſequente verò conſona quieſcit. Excipe nomina ſemi-latina: ibi enim legitur, s, etiam ſequente conſona: propterea quòd à Latina lingua (in qua, s, nunquã quieſcit) immediatè deſcendant: vt Baptiſte, Euangeliſte, organiſte, chaſte, honneſte, domeſtique, fantaſtique, eſprit, iuſte, celeſte, terreſtre, ſatisfaction, reſtitution, *&c. quanquam iſtud poſtremum non ſit vniuerſaliter verũ: dicimus enim* feſte, paſque, feneſtre, eſtoille, eſpine, eſponge, eſpée, *&c. vbi, s, nuſquam legitur, etſi illa nomina ſint ſemilatina.*

Quòd ſi litera, s, principium dictionis Latinè occupauerit, & alia conſonans immediatè ſequatur, tunc illi ſolemus præponere literam, e: ídque tam in loquendo quàm in ſcribendo: atque tunc quieſcit etiam s: vt Stephanus, Eſtienne *ſtudium,* eſtude, eſtudier, eſcole, eſcrire, eſpoux, eſpouſe, eſpouſer, eſpace, eſtable, &c. *Pauca quædam huius generis ſine, e, ſcribimus & pronuntiamus: vt* Sphere, ſcribe, ſcience, ſtyle, ſterile, &c.

Cæterùm litera, s, ſuapte natura duriter pronuntiatur, niſi quan-

ſi quãdo inter duas vocales ponitur:tũc enim leniorẽ ſonum habet,ferè ac ſi eſſet,z,vt maiſõ d'oraisõ, arroſer la toiſõ,& raſer la priſõ:*ac ſi diceres*, Maizõ d'oraizõ, arrozer la toizon,& arrazer la prizon : *hæc dixerim propterea quòd Germani aſſueti literã mollẽ pro duriuſcula, & duriorẽ pro molliore effari, in hoc ſæpe labũtur,vt pro* ſaluer, ſuer,ſeruir,ſouffrir, ſiege,*dicant* zaluer, zuer,zeruir,zouffrir,ziege: *id enim ego frequentiſſimè ſum expertus. Quòd ſi geminata fuerit, ſemper durum ac pleniorem ſonũ habet, etiam inter ipſas vocales:exemplum*, Roſſignol, aſſeuré, poſſeſsion,poſſible,auſſi,aſſaillir,aſſommer,aſſiſter, raſſembler, raſſaſier,c'eſt aſſez.

De literis e,c,g, & v.

Galli habẽt duplex,e, acutũ ſcilicet & graue. Alij vocãt Maſc.& fœmininũ,quæ ſolo accẽtu dignoſcũtur. Maſcul. enim ſemper accẽtu acuto notatur,atque plenũ & virilẽ ſonũ reddit,vt Charité,grauité,aimé,iugé, *&c. Fœmininũ verò nunquã accentu afficitur,leuiorémque ac molliorẽ, & quaſi effœminatũ ſonũ habet,vt* ſapience,diuine, immortelle, eternelle,Euangile:*&c. Fit etiã aliquãdo vt,e, duplicetur in fine dictionis,præſertim in participijs fœmininis: tũc primũ,e,ſemper eſt acutũ,ſecundũ verò graue:vt* eſpouſée,aimée,rachetée,enſeignée,arrouſée, *&c. Hæc ſummè notãda veniũt:nã iſte ſolus accẽtus ſignificationẽ nominis omnino mutat:vt ſi dicat*,Ceſtuy cy eſt iuge,*iſte eſt index*:ceſtuy cy eſt iugé,*iſte eſt indicatus*:il eſt aueugle,*cæcus*:il eſt aueuglé,*excæcatꝰ*:cõte,*comes*,cõté,*comitatꝰ*:loge,logé,leue,leué,poules,poulés,charges,chargés, &c.

Ad hæc,in pronuntiatione literæ,c,Galli imitantur Latinos,qui,c,ante a, o, &,v,efferunt per k:*ante,i, verò &, e, per ſimplex, c,pronuntiant: exemplum*, Capitaine,calamiteux, ceruoiſe, certaine, cité, ciſterne, compere, cõmere,cupidité, curioſité.Certainement le capitaine

de la cité corrõpra les genſdarmes par ſa cupidité, *&c.* *Interdũ etiam per ſimplex, c, profertur ante, a, & o: at nũc noſtrates moderni typographi virgula notare ſolent hoc modo,* ç. I'apperçoy bien que ceſt homme la eſt ſouſpeçonneux: car il ne fait qu'aller çà & là, pour ſauoir la façon des Frãçois, &c. *Idem omnino dicendum de litera, g, quam ante, a, o, & v, per, g, durum, ſiue Germanicum ſimpliciter efferunt: ante, i, verò & e, per, i, conſonantem: vt* garder, gaſter, generation, gentile, gingembre, gibet, gouuerneur, gourmant, guerre, guerir. Le gentil-homme eſtant en guerre, gardant & gouuernant bien ſes ſuiets, en rachete pluſieurs du gibet, & remplit ſa gibbeciere d'or & d'argent, &c.

Præterea literam, v, poſt, a, & o, per, v, Germanicum proferimus, alioqui ſemper efferimus per, v, Gallicum: exemplũ vtriuſque, Il nous faut auiourd'huy donner beaucoup d'aumoſnes, pour aider à nourrir les pauures de Ieſus Chriſt, qui eſt le ſeul Sauueur & Redempteur du monde. *Et hæc pronuntiatio etiam obſeruanda eſt: ſignificationem enim mutat, quum dicimus* ſus, ſous, *ſuprà, ſubtus:* pur, pour, *purus, propter:* but, bout, *ſcopus, finis,* rue, roue: mue, moue.

De Apoſtrophis.

Vocalis litera in fine dictionis eliditur, quando ſequens dictio incipit à vocali, in cuius loco ponitur virgula quæ apoſtrophus dicitur, quod fit ad euitandum hiatum, ſeu concurſum duarum vocalium, qui euphoniam (cuius amantiſſimæ ſunt aures Gallorum) corrumpit. Dicimus enim, i'aime l'homme qui s'adonne à l'Eſcriture ſaincte, & qui pourchaſſe d'auancer l'honneur de l'Eternel: *non autem,* ie aime le homme qui ſe adonne à la eſtude de la Eſcriture, &c. *item,* La pierre eſprouue l'or, & l'or eſprouue

prouue l'homme. *Excipe, é, maſcu. quod nunquam eliditur. Dicimus enim*, On a iugé en verité au conſiſtoire: vous auez eſté eleué en proſperité, & auez blaſphemé au ciel: mais vous ſerez humilié en brief, &c.

Fit etiam aliquando vt prima vocalis elidi non poſſit, niſi cum corruptione ſignificationis nominis, atque tunc vtraque relinquitur: vt Ne reproche à aucun ſa poureté: *non autem.* Ne reproch'aucun, &c. Allons dehors, *non autem* allons d'hors. *item*, Ie chemine en toute honneſteté & integrité enuers tous. C'a eſté vne grande folie à vous, d'auoir receu telle doctrine, ſans ſauoir quelle elle eſtoit.

De Diphthongis.

Tres Diphthongos præcipuas habent Galli nempe ay, oy, & œ: *quas omnes per ſimplex, e, communiter efferunt, vt* mayſon, orayſon, foy, loy, Françoys, Angloys, cœur, œil, œuures, &c. *atque vtinam ſcriberentur quemadmodum proferuntur, ſic:* meſon, oreſon, foé, loé, Françoes, &c. *At vſus non patitur. Cæterùm* au, ei, eu, ou, & vi, *quāquam diphthongi ſint, inter diphthongos tamen non numero, quoniam ita efferuntur vti ſcribuntur. Dicimus enim* feu, eau, peine, iour, & nuit: Auiourd'huy i'ay eu grand peine: la nuit n'a point de honte. *item*, Les richeſſes de l'eſprit ne peuuent perir, ne par feu ne par eau, &c.

Hæc pauca de literis, ſyllabis & diphthongis dicta ſufficiant. Accedamus nunc ad ipſas orationis partes.

De partibus orationis.

Partes orationis Gallis octo ſunt, quemadmodum apud Latinos, quas ſuo ordine tractabimus fauente Deo, certáſ-

que regulas ſeu obſeruationes de ſingulis trademus. Primũ omnium de Nomine, quòd baſis & fundamentum ſit omnium aliarum partium.

De Nomine.

Nomen duplex eſt, proprium ſcilicet & appellatiuum. Appellatiuum item duplex, ſubſtantiuum & adiectiuum, &c. vti apud Latinos.

Numeri nominum ſunt duo, ſingularis & pluralis. Pluralis fit ſemper à ſuo ſingulari per additionẽ literæ, s, quæ propria nota eſt pluralis. Si enim ſingulari addas, s, mox habes pluralẽ: & contrà ſi à plurali demas, s, habes ſingularẽ, vt pere, peres: mere, meres: homme, hommes, fille, filles, *&c. Sunt interea nomina aliquot, quæ ſuapte natura habẽt, s, etiam in ſingulari, qualia ſunt ea quæ Latinè in oſus terminantur: vt odioſus, ambitioſus, ſtudioſus, vinoſus: & alia quædam, vt* François, Angloys, Eſcoſſoys, fils, pays, brebis, temps, ſens, *&c. atque in hiſce nominibus idem ſunt ſingularis & pluralis numerus.*

Caſus nominum ſunt ſex, vti apud Latinos. At accuſatiuus ſemper & vbique omnino ſimilis eſt nominatiuo, & ablatiuus genitiuo in vtroque genere & numero: vocatiuus verò per aduerbium vocandi, ô, ſemper effertur. Idcirco tres duntaxat caſus (vt breuitati & perſpicuitati ſtudeamus) in declinatione aſſignabimus: vnum rectum, nominatiuum ſcilicet: & duos obliquos, genitiuum ſcilicet & datiuũ: per quos omnia nomina, pronomina & participia, atque articulos ipſos declinabimus.

Genera nominum apud Gallos ſunt tantùm duo, maſculinum ſcilicet & fœmininum. Tertium genus Galli non habent, ſicuti nec ſextum.

Articuli ſequuntur genera, ſuntq́ duo duntaxat: ma-

ſculinum

ſculinum le, *& fœmininum* la: *declinantur autem ſic: ſingularis numerus, hic & hæc, &c.*

	Nominat.	*Genit.*	*Dati.*
Maſcu.	le	du	au
Fœmi.	la	de	à
	Nominat.	*Genit.*	*Dati.*
Plural.	les	des	aux

In plurali ſub vna terminatione vtrunque genus complectitur: horum autem articulorum cognitio tam neceſſaria eſt ei qui huic noſtræ Gallicæ linguæ operam daturus eſt, vt ſine illa oleum & operam (quòd aiunt) amiſſurus ſit.

De declinationibus nominum.

Declinationes Galli nullas habent, quòd omnia nomina ſint indeclinabilia, articuli tantùm declinãtur. Quid enim opus eſt declinatione, vbi nihil declinatur? idcirco articulis vtimur, vt quod terminatione deprehendi haud poteſt, nempe caſus & genera, articulis cognoſcatur: atque is eſt articulorum præcipuus finis & vſus: ſed producamus vnum aut alterum exemplum in vtroque genere: ſingularis numerus, nominat. hic doctor, hæc doctrina, &c.

Maſc. vox.	*Nominatiuus,*	le docteur
	Genitiuus,	du docteur
	Datiuus,	au docteur,
Plural.	*Nominatiuus,*	les docteurs
	Genitiuus,	des docteurs
	Datiuus,	aux docteurs.
Fœm. vox.	*Nominatiuus,*	la doctrine
	Genitiuus,	de la doctrine
	Datiuus,	à la doctrine,

Plural.	*Nominatiuus,*	les doctrines
	Genitiuus	des doctrines
	Datiuus,	aux doctrines

Hoc eodem modo declinantur reliqua omnia nomina, qualiacunque fuerint. Itaque qui articulorum declinationes tenet, facillimè omnia nomina declinabit, cuiuſcunque generis aut qualitatis ſint. Accipe exemplum vnum in adiectiuis. Nominatiuus, ſanctus, ſancta, ſanctum, &c.

Maſc. vox.	*Nominatiuus,*	le ſainct
	Genitiuus,	du ſainct
	Datiuus,	au ſainct
Plural.	*Nominatiuus,*	les ſaincts
	Genitiuus,	des ſancts
	Datiuus,	aux ſaincts
Fœm. vox.	*Nominatiuus,*	la ſaincte
	Genitiuus,	de la ſaincte
	Datiuus,	à la ſaincte
Plural,	*Nominatiuus,*	les ſainctes
	Genitiuus,	des ſainctes
	Datiuus,	aux ſainctes

De gradibus comparationis.

Comparationes Galli non habent, ſed illas circunſcribunt per iſtas duas particulas, plus *&* tres. *Comparatiuum enim efferunt per ſuum poſitiuum, præpoſita particula* plus. *Superlatiuum verò præpoſita particula* tres. *Idque in vtroque genere & numero: exemplum,* Heureux, plus heureux,

heureux,tres heureux:*fœlix.fœlicior.fœliciſſimus*,heureuſe,plus heureuſe,tres heureuſe,*fœliciſſima*:prudent, plus prudent,tres prudent, *prudentiſſimus*:prudente,plus prudente,tres prudente, *prudentiſſima.*

Itaque comparatiui propria nota eſt , plus *ſuperlatiui verò* tres.*Excipe bonus & malus,quæ in comparatiuo gradu irregularia ſunt,quòd proprium comparatiuum habeant, quemadmodum apud Latinos. Dicimus enim ,* bon meilleur,tresbon:bonne meilleure,tresbonne: mauuais, pire,treſ-mauuais:mauuaiſe,pire, tres-mauuaiſe.

Comparantur autem adiectiua nomina tantùm, non autem ſubſtantiua,neque propria:quoniam comparationes nũquam in ſubſtantia,ſed ſemper in qualitate fiunt,ſubſtantia enim non ſuſcipit maius neque minus : non enim dicimus, Iean , plus Iean,tres Iean:*nec* homme,plus homme,tres homme:*ſed dicimus,*Sainct,plus ſainct, tres ſainct: religieux,plus religieux,tres religieux:iuſte,plus iuſte , &c. *Declinantur autem comparatiua & ſuperlatiua nominum more:nimirum per articulos duntaxat.*

Præterea aduerbia qualitatis etiam comparationem recipiunt apud Gallos per plus & tres , *quemadmodum nomina ipſa à quibus deſcendunt:atque Gallicè ſemper terminantur in* ment,*vt* iuſtement,plus iuſtement, tres iuſtement,*iuſtiſſimè*:honneſtement,plus honneſtement, tres honneſtement:*honeſtiſſimè,&c.Excipe bene & malè:ſed in comparatiuo tantùm:dicimus enim*, bien , mieux , treſbien , *optimè*:mal , pire , treſmal, *peſſimè:non autem* plus bien,*nec* plus mal.

Sunt etiam nonnullæ præpoſitiones quæ apud Latinos comparantur , hæ comparationem etiam apud Gallos recipiunt , aduerbiorum more : ſed in comparatiuo duntaxat. Nam ſuperlatiuus in vſu non eſt,quanquam aliquando illo vtamur, Dicimus enim pres, plus pres , *propius* : *ſed* treſ-

pres *in vſu non eſt*,outre,plus outre:*vlterius*:*ſed* treſoutre *non dicimus*.

Caterùm ha voces bien, beaucoup, trop, par trop, *ſi huic particula* plus (*qua nota eſt comparatiui*) *praponantur, ſignificationem comparatiuorum augent, quemadmodum longè & multò apud Latinos:exemplum*, La lecture du ſainct Euangile de Ieſus Chriſt eſt bien plus honneſte & beaucoup plus profitable à l'homme,que celle de la fauſſe doctrine de l'Antechriſt.*Item*, La iuſtice de la foy eſt trop plus ſeure, & par trop plus certaine, que celle des œuures,&c.

Diminutiua nomina habent etiam Galli, quemadmodum & Latini,qua ab ipſis nominibus deſcendunt: vt Ianon,Ianette:femme,femmelette:chambre,chambrette: liure,liuret:iardin,iardinet,*&c. Aliquando illa efferunt cum adiectiuo paruus*, petit, *& dicunt* petit Iean, petit chaſteau,petite riuiere,petit bois,&c.

Obſeruationes nominum.

I.

Omnia nomina, pronomina & participia apud Gallos ſunt indeclinabilia: articuli duntaxat declinãtur in vtroque genere & numero,vti dictum eſt.

II.

Nominibus appellatiuis ſemper praponimus articulum eiuſdem generis,ídque in omnibus caſibus & numeris: nominibus verò propriis & appropriatis nunquam in rectis caſibus,ſed tantùm in obliquis. Appropriata autem voco, nomina appellatiua, qua nomine proprio vel pronomine aliquo circunſcribuntur atque demonſtrantur, qua dialectici Indiuidua artificialia vocant, vt Monſieur Louys, maiſtre Iean,ceſt homme,ceſte femme,mon pere,ta mere,ſon frere,mes ſœurs,&c.

III.

Nomina propria & appropriata articulos maſculinos reijciunt, & fœmininis gaudent. Dicimus enim L'Euangile de Ieſus Chriſt, *non autem* du Ieſus Chriſt : donne cela à Philippe, *non autem* au Philippe : la doctrine de ceſt homme eſt bonne, *non autem* du ceſt homme : donnez du pain à ce poure, vous eſtes bien aimé de mon Prince: *item*, Tel honneur & amitié te porteront tes enfans, comme tu auras porté à ton pere & à ta mere, *non autem*, au ton pere, *&c.*

Itaque hæ nomina propria & appropriata ſemper & vbique ſequuntur regulam & naturam nominum fœm. &c. quod ſummè eſt obſeruandũ, cùm ob præpoſitiones (vt poſtea dicemus) tũ propter ipſos articulos. Etenim niſi hoc bene intellexerimus, certè inter coniugandum cogemur miſcere articulos fœm. maſcu. in obliquis caſibus ſaltem: & ſingulares pluralibus, quemadmodum fecerunt ante nos ij qui iſtam regulam non obſeruarunt: quæ commixtio hac vnica obſeruatione tollitur.

IIII.

Et quoniam nomina propria plurali carent, hæc appropriata nomina in plurali articulos plurales reijciunt, & ſingularibus eiuſdem caſus gaudent: exemplum, La faueur de mes amis ne me ſert de guere en ceſt endroit : *non autem*, la faueur des mes amis, *&c.* Il me faut ſeruir à mes ſeigneurs: *non autem*, aux mes ſeigneurs. *Item*, Nous deuons obeir à noz Princes, & à tous noz ſuperieurs, ſelon que Dieu le nous commande : *non autem* aux noz Princes, *vel* aux tous noz ſuperieurs, *&c.*

V.

Nomina appellatiua fœm. in obliquis caſibus præter articulum caſus obliqui, articulum ſui nominatiui etiam recipiunt in ſingulari numero tantùm, non itẽ in plurali: exẽplũ

Donnons

Donnons honneur à la parole de Dieu : c'eſt vne ſentence de la ſaincte Eſcripture, que tous hommes ſont ſuiets à la mort : *item*, Nul ne iuge de la ſcience, ſinon que l'ouurier penſe touſiours à la fin, &c.

Idem omnino dicendum de nominibus appellatiuis maſ. à vocali incipientibus : ſed hoc ſemper fit per apoſtrophen, ne fiat vocalium concurſus, vt Ie ſuis de l'ordre de Ieſus Chriſt : vous reſiſtez touſiours à l'Eſprit ſainct. *item*, Garde toy bien de l'homme flatteur : car il t'amorſe pour t'enuenimer, *&c.*

VI.

In generibus nominum Galli plerunque imitantur Latinos : vt quæ maſculina ſunt Latinis, ea maſculina ſint Gallis: quæ verò fœminina, etiam fœminina ſint: vt le liure, la plume, le pain, la chair, le cheual, la mule. *Quæ verò neutra ſunt Latinis, nobis Gallis plerunque maſculina ſunt aliquando etiam fœmin. vt* le temps, le tonnerre, le banc, la parole, la ſemence, la lexiue, la mouſtarde.

VII.

In omnibus adiectiuis fœm. genus fit à maſc. per additionem literæ, e, in fine dictionis, vt bon, bonne : mauuais, mauuaiſe: blanc, blanche: noir, noire, &c. *Idem omnino dicendum de omnibus participiis tam actiuis quàm paſſiuis, vt* aimant, aimante: aimé, aimée : enſeignant, enſeignante, enſeigné, enſeignée: croyant, croyante, *&c. Sunt interea quædam adiectiua nomina, quæ ſub vna voce & terminatione vtrique generi inſeruiunt, vt* chaſte, iuſte, honneſte, ſage, docile, amiable, &c. *Idem omnino dicendum de pronominibus Ego, tu, & ſui. Nec tamen propterea ſequitur illa eſſe medij aut communis generis, quoniam Gallica lingua talia genera nullo modo agnoſcit.*

VIII.

Nomina adiectiua ſeorſim in omnibus caſibus etiam articulos

ticulos iuxta genus ſuum recipiunt, quòd ſubſtãtiuum ſubintelligitur:exemplum, Le blanc eſt meilleur que le rouge.*ſupple*, vin: Le iuſte receura iuſtice, & les miſericordieux obtiendront miſericorde. *Item*, Ne porte point d'enuie aux meſchans, & ne meſdy point des bons,*ſupple*,hom̃mes.

IX.

Arborum nomina Gallis maſcul. ſunt: fructuum verò fœm. Dicimus enim le pomier,la pome: le poirier:la poire: le peſcher, la peſche:le figuier,la figue:le noyer, la noix: Les figuiers ſont à Marſeille,& les figues à Lyon: Le noyer eſt vn grãd arbre,mais la noix eſt vn bien petit fruict,&c.

X.

Nomina gallica quæ in ſingulari finiunt in al, *heteroclita ſunt ,faciúntque pluralem in* aux, *vt* Animal, animaux: general,generaux: royal,royaux: cheual, cheuaux: mareſchal, *faber ferrarius*, mareſchaux:egal, egaux:infernal, infernaux,&c. *exemplum*, Ce meſchant mareſchal à encloué tous nos cheuaux: & pource nous ſommes contraints de ſeiourner icy. *Item*, Il n'y a point de commandemens plus generaux ne plus royaux, que ceux qui nous ſont donnez de Dieu en ſa parole,&c.C'eſt courage royal, endurer patiemment les maux,pour auoir bien fait,&c.

XI.

Cùm de carnibus,piſcibus aut argento ſermo eſt,Galli ſolent vti numero ſingulari loco pluralis:exemplum, Ie veux acheter du poiſſon, *non autem* des poiſſons: La chair & le poiſſon ſont extremement chers en ceſte ville: *non autem* les chairs,*nec* les poiſſons,&c. Chair & poiſſon eſt viande de commiſſaire(dit-on)*item*, I'ay donné tout mon argent aux poures, *non autem* tous mes argens,&c.Il vaut mieux auoir des hommes ayant fau-

te d'hommes.

XII.

Et quoniam lingua Gallica ortum habet ex Latina, ſingit multa: atque ſic ex latinis Gallica facit, ídque tribus modis: primùm per additionem. Hoc modo nomina verbalia in, io, fiunt Gallica, cùm addis literam, n: vt religio, religiō. confeſsion, redemption, ſatisfaction, abſolution, ſanctification, *&c. Deinde per diminutionem, Sic nomina quæ in mentum Latinè terminantur, Gallica fient ſi abſtuleris poſtremam ſyllabam, um: vt ſacramentum*, ſacrement, iurement, fondement, veſtement, onguent, *&c. Idem omnino de nominibus terminatis in alis, ſi auferas, is: vt generalis* general, principal, liberal, nuptial, hoſpital, *&c. Poſtremò per commutationem, ſiue etiam per tranſpoſitionem poſtremæ literæ vel ſyllabæ in aliam. Et hic modus eſt frequentiſſimus non ſolùm in nominibus, verumetiam in verbis. Sic enim nomina Latina in, a, fiũt Gallica, mutato poſtremo, a, in, e: vt propheta*, prophete, poete, terre, porte, feneſtre, *&c. Exemplum de ſyllaba: vt agilis*, agile, fragile, debile, vtile, inutile, tempeſte, celeſte, terreſtre, *&c. In verbis etiam: vt iuſtificare*, iuſtifier, ſanctifier, edifier, fortifier, magnifier, glorifier, venir, ſeruir, dormir, *&c. Per tranſpoſitionem literæ etiam dicimus*, Dextre, veſpre, aſpre, noſtre, voſtre, neutre, *&c.*

XIII.

Nomina numeralia Gallis ſunt trium generum, quemadmodum apud Latinos: primum genus eſt quod cardinale ſeu principale vocãt: exẽplũ, vn, deux, trois, quatre, cinq, ſix, ſept, huit, neuf, dix, onze, douze, treize, quatorze, quinze, ſeize, dix & ſept, dix & huit, dix & neuf: vingt, trente, quarante, cinquante, ſoixante, ſeptante, huitante, nonante, cent, mille, &c. *Aliud eſt ordinis, quod fit ab ipſo cardinali, cum additione huius particulæ*, ieme:

exemplum,

exemplum, vnieme, deuxieme, troiſieme, quatrieme, *&c. primus, ſecundus, tertius, quartus*, *&c. dicimus etiam* premier, ſecond, tiers: *rarò*, quart, quint. *ſed nunquam* ſext, ſepts, huicts.

Tertium genus eſt aduerbiale: & iſtud fit etiam, aut potius eſt ipſummet cardinale, cum additione huius particulæ fois: *verbi gratia*, vne fois, deux fois, trois fois, quatre fois, *&c. ſemel, bis, ter, quater, &c.*

XIIII.

Hoc nomen Caput, ſi propriè iuxta germanam ſignificationem accipiatur, Gallicè effertur communiter per teſte, *vt*, Ma teſte me fait mal: Vous auez la teſte plus dure qu'vne enclume de mareſchal. *Si verò metaphoricè capitur, ſemper effertur per* chef: *vt*, Chriſt eſt le chef de l'Egliſe, & l'homme eſt le chef de la femme: le Roy eſt le chef du royaume, & le capitaine eſt le chef de l'armée.

XV.

Et quoniam Deus vnus vnicus eſt, hoc nomen Deus inter nomina appropriata connumeratur apud Gallos, articulúmque propriorum nominum more reÿcit, niſi fortè epitheto aliquo exornetur: tunc enim articulum recipit appellatiuorum more, ratione adiuncti: vt ſi dicas, Le Dieu eternel, le Dieu fort, iuſte & miſericordieux a parlé, le Dieu d'Abraham, d'Iſaac & de Iacob, le Dieu de nos Peres, *&c. alioqui ſimpliciter dicimus*, Dieu a parlé, Dieu nous a adoptez pour ſes enfans, en ſon Fils, & par ſon Fils Ieſus Chriſt.

XVI.

In conſtructione Galli ſemper præponunt ſubſtantiua adiectiuis, & caſus rectos obliquis: dicimus enim, Le pain blanc & le vin rouge: *non autem*, le blanc pain, *neque* le rouge vain. *item*, la main, le bras & la teſte de Iean: *non autem*, de Iean la teſte, *&c.* Le marché du blé,

du vin, du poiſſon, *non autem* du vin ou du poiſſon le marché, *vti vos Germani dicitis. Atque in parte hac Galli imitantur ipſam naturam, quæ prius vult ſubſtantiam eſſe quàm accidens, cuius eſſe eſt in eſſe, & prius generantem quàm genitum. Excipe bonus & malus, quæ indifferenter præponuntur & poſtponuntur: dicimus enim* Bon pays, & mauuaiſe gent: intention bonne, & œuure mauuaiſe. *item*, bon conſeillier, & mauuais conſeil, &c.

XVII.

Ablatiuus autem inſtrumentalis communiter effertur per accuſatiuum cum præpoſitione par: *exemplum*, Nous ſommes iuſtifiez par la ſeule foy en Ieſus Chriſt, & non point par nos bonnes œuures. *item*, Nous ſommes rachetez par le ſeul ſang de Ieſus Chriſt, &c. *Aliquando etiam effertur per ſeipſum cum articulo genitiui* de: *vt* O Seigneur, remply nos cœurs de ton ſainct Eſprit. *item*, Ce peuple s'approche de moy de ſa bouche, & m'honnore de ſes leures: mais leur cœur eſt bien loing de moy, dit le Seigneur, &c.

XVIII.

Præterea quandocunque partem alicuius rei petimus aut ſignificamus, ſemper genitiuo caſu cum ſuo articulo vtimur loco accuſatiui, exemplum, Ie vous prie preſtez-moy de l'argent pour acheter des liures. *item*, Donnez moy du pain, & ie vous donneray de la chair: donnez-nous du poiſſon, du formage, du vin, du, &c. *non autem* le poiſſon, le fromage, ou le vin: *quoniam non rem ipſam totam aut integram, ſed partem rei petis ac ſignificas: quòd ſi rem ipſam totam aut integram petimus, aut ſignificamus, per accuſatiuum efferre ſolemus: dicimus enim* Rẽdez moy l'argent que ie vous ay preſté. *item*, Preſtez moy voſtre liure, voſtre cousteau, voſtre cheual, *&c. quoniam hæ res diuidi non poſſunt, vt vnã partem alia relicta petamus.*

Dicimus

Dicimus etiam, Donnez moy le pain, le vin, la chair, le formage, l'argent, *quando totum aut integrum panem, vinum, carnẽ, caſeum, pecuniã, &c. petimus aut ſignificamus.*

De pronomine.

Pronomina apud Gallos ea ipſa ſunt quæ & apud Latinos declinationéſque, caſus, genera & numeros recipiunt, quemadmodum & nomina.

Horum autem pronominum triplex eſt ordo: primus eſt demonſtratiuorum: ſecundus poſſeſſiuorum: tertius verò relatiuorum. Primus ordo continet ſeptem priora pronomina, ego, tu, ſui, ille, ipſe, iſte, hic & is, quæ per articulos, duntaxat, nominum more declinantur hoc modo.

Paradigma ego & tu pro vtroque genere, ſub vna terminatione.

Singul.	*Nominatiuus*	ie, *vel* moy tu, *vel* toy
	Genitiuus	de moy de toy
	Datiuus	à moy à toy

Plural.	*Nominatiuus*	nous / vous
	Genitiuus	de nous / de vous
	Datiuus	à nous / à vous

Pronomen Sui inflectitur ſic : Nominatiuo caret, Genit. de ſoy, *Dati.* à ſoy, *Accuſat.* ſe: *Plurali caret. Hac autem duo pronomina, Iſte, iſta, iſtud: & hic, hac, hoc idem omnino ſunt & ſignificant Gallicè: atque declinantur ſic :*

Maſc. vox ſingularis.	*Nominatiuus*	ce
	Genitiuus	de ce
	Datiuus	à ce

Plural.	*Nominati.*	ces	*vel*	ceux
	Genitiuus	de ces		de ceux
	Datiuus	à ces		à ceux

Dicimus etiam ceſt, de ceſt, à ceſt, *quando nomini à vocali incipienti coniunguntur, vt poſtea in obſeruationibus dicemus.*

Fœm. vox ſingularis	*Nominatiuus*	ceſte
	Genitiuus	de ceſte
	Datiuus	à ceſte

Plural.

Plural.	*Nominati.*	ceſtes	vel	ces
	Genitiuus	de ceſtes		de ces
	Datiuus	à ceſtes		à ces

Praterea ille, illa, illud, & ipſe, ipſa, ipſum ; idem etiam ſunt & ſignificant apud Gallos : atque hoc inflectuntur modo.

Maſc. vox ſingularis	*Nominatiuus*	il, *vel* luy
	Genitiuus	de luy
	Datiuus	à luy

Plural.	*Nomina.*	ils, *vel* eux	*vel*	leurs
	Genitiuus	d'eux		de leurs
	Datiuus	à eux		à leurs

Fœm. vox ſingularis	*Nominatiuus*	elle
	Genitiuus	d'elle
	Datiuus	à elle

Plural.	*Nomina.*	elles	*vel*	leurs
	Genitiuus	d'elles		de leurs
	Datiuus	à elles		à leurs

Dicimus etiam leur, de leur, à leur *in vtroque genere, quando in ſingulari de vna tantùm re agitur : exemplum*, Sois tel à tes amis eſtans en aduerſité ; que tu eſtois en leur proſperité. *item*, Ces gens de bien ont perdu tous leurs biens, & expoſé leur vie pour ſouſtenir la parole & la querelle de Ieſus Chriſt noſtre ſeul Sauueur, *&c.*

Paradigma pronominis is,ea,id,quod idem ferè ſignificat quod ille,illa,illud.

Maſc. vox ſingularis	*Nominatiuus*	celuy
	Genitiuus	de celuy
	Datiuus	à celuy
Plural.	*Nominatiuus*	ceux
	Genitiuus	de ceux
	Datiuus	à ceux
Fœm.vox ſingularis	*Nominatiuus*	celle
	Genitiuus	de celle
	Datiuus	à celle
Plural.	*Nominatiuus*	celles
	Genitiuus	de celles
	Datiuus	à celles.

Cæterùm hæc pronomina aliquando compoſitionem admittunt, ídque in vtroque genere & numero, vt dicamus, ceſtuy-ci, celuy-la: ceux-ci, ceux-la: ceſte-ci, celle-la: ceſtes-cy, celles-la. *At ſemper eadem remanet ſignificatio, quanquam diuerſos habeant vſus, vt mox audiemus: atque tunc eodem omnino modo declinantur, vt antea: nimirum per articulos tantùm.*

Obſeruationes in primum ordinem pronominum.

Pronomina ſi nominibus appellatiuis præponantur, erunt illis articulorum loco, atque illa ſingularia, ſeu appropriata

facient

facient,vt ceſt homme,ceſte femme,mon eſtude, tes liures,mes auditeurs,ton couſin,ta couſine,ſes ſeruiteurs, &c.

Hæc tria pronomina ego, tu,ille,ſi verbo coniungantur in pronomine ſemper efferuntur per ie,tu,il:*exemplum*, Ie ſay vne ſeule choſe (dit Socrates) c'eſt que ie ne ſay rien. *item*, Si tu argues le meſchant,& il reçoit ta correction, tu as gaigné ſon ame: mais s'il ne t'oit point, il mourra en ſon impieté, & tu ſeras excuſé deuant le Seigneur, &c. *Seorſim verò & per ſe extra propoſitionem efferuntur per* moy,toy,luy:*vt ſi quis interroget*, *Quis fecit hoc? reſpondebis ſimpliciter*, Moy,*vel*,toy,*vel* luy: *non autem*, ie,tu,il:*ſed in propoſitione dices*, ie l'ay fait,*vel* tu l'as fait, *aut* il l'a fait, &c. *Hoc autem intellige in caſibus rectis:quoniam alioqui in obliquis ſemper habent* moy, toy, luy: *exemplum*, Mon amy eſcoute moy,fay moy ce bien,cognoy toy-meſme, & garde toy bien de meſdire d'autruy:ſi ton ennemy a faim donne luy à manger:s'il a ſoif donne luy à boire: car en ce faiſant tu luy aſſembleras charbons de feu ſur ſa teſte,&c.

III.

Pronomina Iſte & ille, ſi per ſe abſolutè ſine nomine ſubſtantiuo ponantur,ſemper efferuntur per ceſtuy-ci, celuy-la:*exemplum*,Ceſtuy ci eſt homme de bien,& celuy-la eſt vn meſchant. Ceſtuy-ci dit que la ſcience eſt ſobrieté aux ieunes,& ſoulas aux vieux:richeſſes aux poures,& honneur au riches: mais celuy-la luy contredit. *item,ſi interroget aliquis,dicens, Quis fecit hoc? reſpondebis ſimpliciter*,Ceſtuy-ci,*vel* celuy-la.

Si verò nomini ſubſtantiuo expreſſo iungantur, efferuntur per ceſt*(ſi nomen incipit à vocali) alioqui ſemper per* ce:*exemplum*, Ce pain eſt bon,mais ce vin eſt mauuais:

Ce conſeil me plaiſt, & ceſt honneur me deplaiſt: Ceſt homme penſe manger les charrettes toutes ferrées, mais tout ſon cas tombera en fumée, &c. *Idem omnino dicendum de voce fœm. iſta & illa, quæ ſeorſim per ſe efferuntur per* ceſte ci, celle-la: *vt*, Ceſte-ci eſt la femme vertueuſe, laquelle Salomon à deſcrite en ſes Prouerbes: & celle-la eſt vne debauchée & inconſtante, &c. *Si verò nomini ſubſtantiuo iungantur, ſimpliciter efferuntur per* ceſte *&* celle: *exemplum*, Ceſte ſcience ne s'apprend point en dormant: ceſte doctrine de Chriſt eſt veritable, & celle de l'Antechriſt eſt fauſſe, *non autem*, ceſte-ci doctrine, ou ſcience: *&c.*

IIII.

Ce *&* ceſt *idem omnino ſignificant: ſed varius eſt vſus.* Ce *enim vtimur quando ſequens nomen incipit à conſonante:* ceſt *verò quando incipit à vocali: exemplum vtriuſque*, Ce grand Dieu eternel a enuoyé ceſt Ange à ceſt homme, pour luy ſignifier ſa volonté, *non autem*, ceſt grand Dieu, *neque* ce Ange, *aut* ce homme: *ne fiat hiatus ſeu concurſus vocalium, quem imprimis Gallica lingua fugit.*

V.

Hæc autem pronomina Iſtud & illud, in neutro genere abſolutè efferuntur per cecy, cela: *Idque in ſingulari tàtùm: atque rem inanimatam, rarò verò animatam demonſtrant: dicimus enim*, Qu'eſt-ceci? que ſignifie cela? ceci duit bien à moy, & cela à vous. *item*, Faites cela vous, & les autres feront cecy, *&c.*

VI.

Notandum quòd hæc particula cy *tam in compoſitione quàm extra, nota eſt propinquitatis, rémque propinquam demonſtrat: particula verò* la *nota eſt longitudinis: dicimus enim*, cecy eſt bon, *de re quam tangimus: &* cela eſt mauuais, *de re quæ aliquantulùm diſtat:* ceſt homme ci, de illo

de illo qui iuxta nos eſt: & ceſt homme la, *de eo qui procul aliquantulum eſt.* Ce beliſtre-ci me faſche fort: mais ceſt hypocrite-la me faſche encore d'auantage, *&c.*

VII.


Paradigma verbi facio.

Indicatiuus modus, tempus præſens, facio, facis, &c.

Singul.	ie fay tu fais il fait	*Plural.*	nous faiſons vous faites ils font

Præteritum imperfectum, faciebam, &c.

Singul.	ie faiſoye tu faiſois il faiſoit	*Plural.*	nous faiſions vous faiſiez ils faiſoyent

Præteritum perfectum prius, feci, feciſti, &c.

Singul.	ie fy tu fis il fit	*Plural.*	nous fimes vous fites ils firent.

Præteritum perfectum ſecundum: feci, &c.

Singul.	i'ay fait tu as fait il a fait	*Plural.*	nous auons fait vous auez fait ils ont fait

Præteritum Pluſq. Perfect. feceram, &c.

Singul.	i'auoy fait tu auois fait il auoit fait	*Plur.*	nous auions fait vous auiez fait ils auoyent fait

Futurum, faciam, facies, &c.

Singul.	ie feray tu feras il fera	*Plural.*	nous ferons svous ferz ils feront

Imperatiuus modus, tempus præſens, fac, &c.

Singul.	fay tu face il	*Plural.*	faiſons nous faites vous facent ils

Optatiuus modus, tempus præſens & præteritum imperfectum, vtinam facerem, pleuſt à Dieu que

Singul.	ie fiſſe tu fiſſes il fiſt	*Plural.*	nous fiſsions vous fiſsiez ils fiſſent

Præteritum perfectum & pluſquam perfectum, vtinam feciſſem, pleuſt à Dieu que

Singul.	i'euſſe fait tu euſſes fait il euſt fait	*Plural.*	nous euſsions fait vous euſsiez fait ils euſſent fait

Futurum, vtinam faciam, Dieu vueille que

Singul.	ie face tu faces il face	*Plural.*	nous facions vous faciez ils facent

Coniunctiuus eſt per omnia ſimilis indicatiuo: adde ſem-

per

per veu que, *aut* quand, *ſingulis perſonis in vtroque numero.*

Infinitiuus, facere, faire, *feciſſe,* auoir fait.

Paradigma verbi vado, ſeu eo.

Indicatiuus modus, tempus præſens, eo, is, &c.

Singul.	*Plural.*
ie vay	nous allons
tu vas	vous allez
il va	ils vont

Præteritum imperfectum, ibam, ibas, &c.

Singu.	*Plural.*
i'alloye	nous allions
tu allois	vous alliez
il alloit	ils alloyent

Præteritum Perfectum primum, iui, ſti, &c.

Singul.	*Plural.*
i'allay	nous allames
tu allas	vous allates
il alla	ils allerent

Præteritum perfectum ſecundum, iui, iuiſti, &c.

Singul.	*Plural.*
ie ſuis allé	nous ſommes allez
tu es allé	vous eſtes allez
il eſt allé	ils ſont allez

Præteritum Pluſquam Perfectum, iueram, &c.

Singul.	*Plural.*
i'eſtoye allé	nous eſtions allez
tu eſtois allé	vous eſtiez allez
il eſtoit allé	ils eſtoyent allez

Futurum, ibo, ibis, &c.

Singul.	i'iray tu iras il ira	*Plural.*	nous irons vous irez ils iront

Imperatiuus modus, tempus præſens, ito, eat, &c.

Singul.	va tu aille il	*Plural.*	allons nous alles vouz aillent ils

Optatiuus modus, tempus Præſens & præteritum imperfectum, vtinam irem, pleuſt à Dieu que

Singul.	i'allaſſe tu allaſſes il allaſt	*Plural.*	nous alliſsions vous alliſsiez ils allaſſent

Præteritum Perfectum & pluſquam perfectum vtinam iuiſſem, pleuſt à Dieu que

Singul.	ie fuſſe allé tu fuſſes allé il fuſt allé	*Plura.*	nous fuſsions allez vous fuſsiez allez ils fuſſent allez

Futurum, vtinam eam, Dieu vueille que

Singul.	i'aille tu ailles il aille	*Plural.*	nous aillons vous aillez ils aillent

Coniunctiuus modus eſt per omnia ſimilis ſuo indicatiuo : adde ſemper veu que, *aut* quand, *ſingulis perſonis, in vtroque numero.*

I*nfinitiuus ire,* aller: *iuiſſe,* eſtre allé.

Simili modo coniugatur verbum dico, ie dy, tu dis, il

dit:

dit:nous diſons, vous dites, ils diſent,*&c.* *& ſi qua alia huius generis fuerint.* *Hactenus de coniugatione verborũ actiuorum perſonalium tam regularium quam irregularium.*

De verbis paſſiuis.

Verba paſſiua Galli non habent, ſed ea circunloquuntur per participium paſſiuum præteriti temporis eiuſdem verbi, cum verbo auxiliari ſum, es, eſt: quod ſemper & vbique coniugatur, ipſo participio manente immobili & inuariato, niſi quòd in plurali additur, s, participiorum more, exemplum mox ſubiungemus.

Quòd autem verba paſſiua apud Gallos non tam verba quàm participia ſint, ex eo maximè conſtat, quòd caſus, articulos & genera, maſculina ſcilicet & fœminina, vbique recipiunt: quod contra naturam verborum eſt. Deinde quoniam inuariata vbique manent, & in plurali addunt literam, s, nominum & participiorum more. Si enim homo in ſing. dicat ie ſuis aimé, tu es aimé, il eſt aimé, *&c. mulier dicet* ie ſuis aimée, tu es aimée, elle eſt aimée: *& in plu.* nous ſommes aimées, *&c. Verba igitur non ſunt, ſed participia potius: idcirco illorum coniugationem tradere opus non eſt. Etenim quicunque verbum ſum, es, eſt, perfectè coniugare nouerit, omnia verba paſſiua facilè coniugabit. Verùm ne paſſiuorum verborum coniugatio hîc omnino deſideretur, aut nos manci vel diminuti in hac parte videamur, vnum exemplum in vtroque genere producere haud grauabimur.*

Paradigma coniugationis paſſiuæ in voce maſculina.

Indicatiuus modus, tempus præſens, amor, amaris, &c.

Singul.	ie ſuis aimé tu es aimé il eſt aimé	*Plu.*	nous ſommes aimez vous eſtes aimez ils ſont aimez

Præteritum imperfectum, amabar, amabaris, &c.

Singul.	i'eſtoye aimé tu eſtois aimé il eſtoit aimé	*Pl.*	nous eſtions aimez vous eſtiez aimez ils eſtoyent aimez

Præteritum perfectum prius, amatus fui, amatus fuiſti, &c.

Singul.	ie fu aimé tu fus aimé il fut aimé	*Plural.*	nous fumes aimez vous futes aimez ils furent aimez

Præteritum perfectum poſterius, amatus ſum, &c.

S.	i'ay eſté aimé tu as eſté aimé ii a eſté aimé	*Plural.*	nous auons eſté aimez vous auez eſté aimez ils ont eſté aimez

Præteritum plusquam perfectum, amatus eram, &c.

S.	i'auoye eſté aimé tu auois eſté aimé il auoit eſté aimé	*Plural.*	nous auiõs eſté aimez vous auiez eſté aimez ils auoyent eſté aimez

Futurum, amabor, amaberis, &c.

Sing.	ie ſeray aimé tu ſeras aimé il ſera aimé	*Pl.*	nous ſerons aimez vous ſerez aimez ils ſeront aimés

Imperatiuus modus, tempus præſens, amare, etur, &c.

S. { que tu ſois aimé / qu'il ſoit aimé } *Pl.* { que nous ſoyons aimez / que vous ſoyez aimez / qu'ilsſoyent aimez

Optatiuus modus, tempus Præſens & præteritum imperfectum, vtinam amarer, pleuſt à Dieu que

S. { ie fuſſe aimé / tu fuſſes aimé / il fuſt aimé } *Pl.* { nous fuſſions aimez / vous fuſſiez aimez / ils fuſſent aimez

Præteritum Perfectum & pluſquam Perfectum, vtinam amatus eſſem, pleuſt à Dieu que

S. { ieuſſe eſté aimé / tu euſſes eſté aimé / il euſt eſté aimé } *Pl.* { nous euſsiõs eſté aimez / vous euſsiez eſté aimez / ils euſſent eſté aimez

F*uturum, vtinam amarer,* Dieu vueille que

S. { ie ſoye aimé / tu ſois aimé / il ſoit aimé } *Pl.* { nous ſoyons aimez / vous ſoyez aimez / ils ſoyent aimez

Coniunctiuus modus eſt per omnia ſimilis ſuo indicatiuo: adde etiam veu que, *vel* quand, *ſingulis perſonis in vtroque numero quemadmodum in verbis actiuis, &c. Infinitiuus, amari,* eſtre aimé: *amatum eſſe,* auoir eſté aimé.

Paradigma coniugationis paſſiuæ in voce fœminina.

Indicatiuus modus, tempus præſens, amor, &c.

Sing. { ie ſuis aimée / tu es aimée / elle eſt aimée } *Pl.* { nous ſommes aimées / vous eſtes aimées / elles ſont aimées

Præteritum imperfectum, amabār, i'eſtoye aimée, tu eſtois aimée, elle eſtoit aimée, *&c. vti in maſculina coniugatione, ídque per omnes modos & tempora, modò ſingulis perſonis addas literam,* e, *in fine: vt pro* aimé & aimez, *dicas* aimée, *&* aimées, *&c. Eodem omnino modo coniugātur reliqua omnia verba paſſiua, & ſimplicem paſſionem ſignificantia, qualia ſunt neutropaſſiua, fio, veneo, vapulo & exulo,* ie ſuis fait, ie ſuis vendu, ie ſuis batu, ie ſuis banni, *&c. in voce maſculina. In fœminina verò,* ie ſuis faite, ie ſuis vendue, ie ſuis batue, ie ſuis bannie, *&c.*

De verbis imperſonalibus.

Habent præterea Galli etiam verba imperſonalia, eáque duplicia, actiuæ vocis ſcilicet & paſſiuæ, quemadmodum apud Latinos. Actiuis ſemper præponimus hanc particulam, il, *paſſiuis verò,* on: *niſi fortè interrogemus, tunc enim ſemper illa præponimus: vt ſi quis dicat,* Faut-il mourir? ne faut-il pas eſperer en Dieu? *reſpondes,* Il faut mourir, c'eſt vn arreſt du grand parlement celeſte: mais il faut touſiours auoir eſperance au Seigneur, voire quand nous ſerions au plus profond des abyſmes: car l'eſperance ne confond iamais, *&c. Exemplum de paſſiuis,* Sert-on à l'Eternel en ce pays ci? ou l'honnore on, quand on vid ſelon le monde en toute concupiſcence de chair? *&c. reſpondes,* On ſert icy au Seigneur, & on honnore l'Eternel, quand on chemine ſelon ſa parole en toute humilité, *&c. item,* Doit-on auoir touſiours verité en la bouche, & faire bien à tous? *reſpondes,* On doit touſiours fuir menſonge en tout & par tout, & auoir pitié de tous affligez. *item,* on dit, on fait, on parle, on dort, on boit, on mange à ſobrieté, *&c.*

Coniu-

Coniugantur autem hæc imperſonalia verba per tertias duntaxat perſonas, ídque in ſingulari numero tantùm (quemadmodum & apud Latinos) hoc modo:

Paradigma verborum imperſonalium actiuę vocis.

I*ndicatiuus, oportet, oportebat, &c.*

Il { faut
failloit
fallut
a fallu
auoit fallu
faudra }

I*mperatiuo caret.*

Optatiuus, pleuſt à Dieu qu'il { falluſt
euſt fallu
faille }

Coniunctiuus ſimilis eſt ſuo indicatiuo: adde tantum veũ que, *vel* quand, *ſingulis temporibus.*

I*nfinitiuus, oportere,* failloir: *oportuiſſe,* auoir fallu.

Simili modo coniugantur reliqua omnia verba imperſonalia actiuæ vocis, qualia ſunt, decet, piget, libet, licet, liquet, miſeret, pudet, tædet, ſolet, placet, pœnitet, accidit, cõtigit, euenit, conducit, competit, conuenit, expedit, ſufficit, & ſimilia quæ in, t, deſinunt, &c.

Paradigma verborum imperſonalium paſſiuæ vocis.

Indicatiuus, cantatur, cantabatur, &c.

On { chante / chantoit / chanta / a chanté / auoit chanté / chantera }

Imperatiuus qu'on chante.

Optatiuus, pleuſt à Dieu qu'on { chantaſt / euſt chanté / chante }

Coniunctiuus per omnia ſimilis eſt ſuò indicat. adde tantum veu que, *vel* quand, *ſingulis temporibus.*

Infinitiuus, cantari, eſtre chanté: *cantatum eſſe,* auoir eſté chanté.

Hoc denique modo inflectuntur reliqua omnia verba imperſonalia paſſiuæ vocis, qualiacunque fuerint: quæ penè tot ſunt, quot perſonalia ipſa à quibus deſcendunt, &c.

Obſeruationes verborum.

Quemadmodum nomini ſubſtantiuo ſemper Gallicè præponimus articulum iuxta genus, numerum & caſus nominis, & ſine articulis illa nunquam efferimus: ſic omni verbo perſonali perpetuò præponimus ſuppoſitum, ſeu pronomen demonſtratiuum, eiuſdem numeri & perſonæ. Non enim ſimpliciter dicimus, aime, aimes, aime, croy, crois, croit, *vti Latini faciunt: ſed cum adiuncto dicimus,* i'aime, tu aimes, il aime: ie croy, tu crois, il croit: nous croyons,

vous

vous croyez, *&c. Nunquam igitur abſque pronomine demonſtratiuo verba noſtra efferimus, niſi aliquando in imperatiuo, vti ſuprà pagina trigeſima octaua diximus.*

II.

Prima & ſecunda cōiugatio ſunt omnium regulariſſimæ nunquam enim fallunt. Tertia verò aliquando fallit: ſed in præteritis duntaxat, alibi nuſquam: etenim nonnulla verba ſunt tertiæ coniugationis, quæ perfectum præteritum faciunt in, is, *vt* i'ay mis, commis, remis, acquis, conquis, *&c. Alia verò addunt,* n, *& faciunt* ins, *vt,* i'ay prins, apprins, reprins, comprins, entreprins, *&c.*

Pauca quædam faciunt præteritū in it, *vt* i'ay deſtruit, ſeduit, cuit, aduit, conduit, *&c. Alia verò addunt,* n, *& faciunt,* int: *vt,* i'ay craint, peint, adioint, contreint, *&c. Itaque varia eſt terminatio præteriti in hac tertia coniugatione: at ſi quis vnum habuerit, reliqua omnia habet: omnia enim præterita perfécta & pluſquam perfecta eiuſdē verbi, cuiuſcunque modi, generis aut coniugationis fuerint, eadem omnino ſunt voce & terminatione cum præterito ſecundo ſui indicatiui: à quo deſcendunt, atque inuariata & inconiugata manent: verbum auxiliare habeo in actiuis, aut ſum, es, eſt in neutris paſſionem ſignificantibus (quemadmodum ſuprà diximus) duntaxat coniugantur.*

III.

Itaque hoc imprimis notandum venit, quòd omne verbum actiuum, aut actionem ſignificans, verbum habeo eiuſdem modi numeri & perſonæ, in omnibus Præteritis Perfectis (primo dempto) & Pluſquam Perfectis recipit, & cum illo etiam effertur: quemadmodum verba neutra abſoluta, vel paſſionem ſignificantia efferuntur

per ſum,es,eſt:vt, I'ay dormi,tu as dormi, *&c.* Ie ſuis venu,tu es venu,il eſt venu,*&c. At quoniam vulgo notum non eſt,quænam ſint verba actionem aut paſſionem ſignificantia: & ego Germanis ſcribo, facilius dicam hoc modo. Vbicunque vos germanicè vtemini veſtro,* Ich bin,du biſt, *&c. in præteritis efferendis,ibi viciſſim nos Gallicè vtimur noſtro,* Ie ſuis,tu es, *&c. Vbi verò vos vtimini veſtro* Ich hab,du haſt,*&c. & nos quoque vtimur noſtro :* I'ay,tu as, *&c. Phraſes enim Germanicas cùm in parte hac, tum in alijs multis imitamur : exemplum,* Ich hab gegleubt, du haſt gegleubt, der hat gegleubt *&c.* I'ay creu, tu as creu,il a creu, *&c.* Ich bin gefallen, du biſt gefallen, der iſt gefallen. Vvir ſeint gefallen,*&c.* Ie ſuis tombé, tu es tombé,*&c. Hac regula raro fallit.*

IIII.

*Et hoc quoque notandum venit, quòd verba quæ cum ſum,es,eſt,in præteritis efferuntur ſemper accipiunt literam, s,in Plurali Præteritorum,quam ſuo ſingulari addunt, nominum & participiorum more. Secus autem de ijs quæ cum verbo,habeo coniugantur:exemplum vtriuſq;,*ie ſuis venu, tu es venu, il eſt venu : nous ſommes venus, vous eſtes venus, &c. Ie ſuis monté : nous ſommes montez, &c. *Item,*i'ay chanté,tu as chanté, il a chanté : nous auons chanté, vous auez chanté, &c. i'ay creu : nous auons creu,&c. *Non autem* nous auons chantez, creus,dormis, &c.

V.

Præterea ſunt & alia quædam verba, quaſi mixtæ coniugationis, apud Gallos : hoc eſt, quæ in præterito perfecto tertiæ ſunt coniug. & in infinitiuo ſecundæ, huiuſmodi ſunt, Video,teneo,detineo,obtineo,prouideo,ſuſtineo,venio,ſcio, concipio,recipio,decipio, percipio, veſtio,curro, & ſimilia. Dicimus enim in præterito perfecto, I'ay veu, tenu, detenu,

nu,obtenu,pourueu, ſouſtenu, venu, ſeu, conceu, receu, deceu, aperceu, veſtu, couru,&c. *In infinitiuo verò dicimus*, voir, tenir, detenir, obtenir, pouruoir, ſouſtenir, venir, ſauoir, conceuoir, receuoir, deceuoir, aperceuoir, veſtir, courir,&c. *Horum autē vos admonere malui, quàm mediam ſeu mixtam facere coniugationem, propter huiuſcemodi pauca verba, quæ alioqui regularia ſunt in omnibus modis, temporibus & perſonis.*

V I.

Sunt etiam pauca quædam verba ſecundæ coniugationis, quæ præteritum perfectum ſecundum congeminant: cuiuſmodi ſunt, Aperio, offero, ſuffero, tego, detego, & ſimilia: dicimus enim, i'ay ouuri,& i'ay ouuert: i'ay offri, & i'ay offert: i'ay ſouffri,& i'ay ſouffert: i'ay couuri, & i'ay couuert: i'ay deſcouuri,& i'ay deſcouuert,&c.

V I I.

Nec ſilentio prætereundum, verba quædam eſſe defectiua Latinis, quæ tamen apud Gallos perfecta ſunt: exemplū eſt Odi, quod gallicè per omnes modos, tempora & perſonas inflectitur in ſecunda coniugatione: ſic, ie hay, tu hais, il hait: nous haiſſons, vous haiſſez, ils haiſſent, &c. *Et contrà, alia eſſe defectiua Gallis, quæ apud Latinos integra ſunt: exemplum eſt ſoleo, quod duntaxat in imperfecto indicatiui apud Gallos coniugatur, ſic*, ie ſouloye, tu ſoulois, il ſouloit: nous ſoulions, vous ſouliez, ils ſouloyent. *Reliqua omnia tempora per verbum habeo & nomen conſuetudo circumloquimur: ſic*, i'ay couſtume, tu as couſtume, il a couſtume,&c. *Sed alia exempla ab iis vix reperies.*

V I I I.

Rurſus quædam ſunt imperſonalia Latinis, quæ Gallis perſonalia ſunt: exemplum eſt pœnitet, quod gallicè integrè coniugatur in ſecunda coniugatione cum me, te, ſe, *hoc mo-*

do:ie me repen, tu te repens, il ſe repent: nous nous repentõs, vous vous repentez, ils ſe repentent, *& c. item, tadet*, ie me faſche, tu te faſches, *vel*, ie m'ennuye, tu t'ennuyes, *& c. itẽ pudet*, i'ay honte, tu as honte, il a hõte: *& c.*

IX.

Verba quæ motum ad locum ſignificant communiter efferuntur & coniugantur cum me, te, ſe, *interpoſita præpoſitione* en, *habita apoſtrophe, ne fiat vocalium concurſio: exemplum*, ie m'en fuy, tu t'enfuis, il s'enfuit: nous nous enfuyons, &c. Ie m'en vay, tu t'en vas, &c. *Non ſolùm autem illa, verùm etiam reliqua ferè omnia verba per reciprocationem poſſunt cum* me, te, ſe, *coniugari, ſic*, ie m'aime, tu t'aimes, il s'aime: nous nous aimons, vous, &c. ie m'endors, tu t'endors, &c. ie me reueille, tu te reueilles, &c. ie me pardonne, tu te pardonnes, il ſe pardonne, &c. *quaſi dicat, ego mihi condono, tu tibi condonas, ille ſibi condonat, & c.*

X.

Sunt præterea nonnulla verba, quæ gallicè per ſimplicem vocem efferri non poſſunt: idcirco illa per circumlocutionem cogimur coniugare: exemplum eſt, malo, quod ſic inflectitur, i'ayme mieux, tu aimes mieux, il aime mieux: nous aimons mieux, vous aimez mieux, &c. *item, valeo*, ie me porte bien, tu te portes bien, il ſe, &c. *item ſoleo*, i'ay couſtume, tu as couſtume, &c.

Negatiuè etiam aliquando coniugantur ſic, ie me porte mal, tu te portes mal, &c. *item*, il ne m'en chaut, il ne t'en chaut, il ne luy en chaut: il ne nous en chaut, il ne vous en chaut, il ne leur en chaut, &c. *Ego non curo, tu non curas, & c. At hæc exempla ſunt admodum rara.*

De participiis.

Participia ſunt duplicis generis, quemadmodum verba ipſa à quibus deſcendunt, actiui ſcilicet & paſſiui: actiua

ſunt

ſunt, quæ à verbis actiuis deſcendunt, atque in ant *ſemper terminantur, & ſunt generis maſculini omnia, quibus ſi literam* e, *addideris, mox habebis fœminina: vt*, aimant, aimante: liſant, liſante: l'homme croyant, & la femme croyante, &c.

Paſſiua verò ſunt quæ à verbis paſſiuis deſcendunt, atque in e, *ſi primæ fuerint coniugationis, vel in* i, *ſi ſecundæ, aut in* u, *ſi tertiæ, regulariter terminantur, quemadmodum præterita ipſa à quibus deſcendunt, ſuntque etiam maſculini generis omnia, quibus ſi literam* e, *addideris mox habes fœminina, quemadmodum in actiuis: vt* aimé, aimée: ouy, ouye: venu, venue: endormi, endormie, &c.

Declinantur autem hæc participia in vtroque genere & numero, nominum more, nempe per articulos duntaxat: plurale etiam addit s, *ſuo ſingulari exemplum de actiuis.*

Paradigma participiorum actiuorum, in vtroque genere.

Nominat. hic, hæc, hoc legens, &c.

Maſc. vox ſingular.	*nominatiuus*, le liſant *genitiuus*, du liſant *datiuus*, au liſant
Pluralis	*nominatiuus*, les liſans *genitiuus*, des liſans *datiuus*, aux liſans
Fœm. vox. ſingular.	*nominatiuus*, la liſante *genitiuus*, de la liſante *datiuus*, à la liſante
Pluralis	*nominatiuus*, les liſantes *genitiuus*, des liſantes *datiuus*, aux liſantes

Paradigma participiorum Paſſiuorum in vtroque genere.

Nominat. lectus, lecta, lectum, &c.

Maſc. vox. ſingularis.	*Nominatiuus*, le leu *Genitiuus*, du leu. *Datiuus*, au leu
Pluralis	*Nominatiuus*, les leus *Genitiuus*, des leus *Datiuus*, aux leus
Fœm. vox ſingularis	*Nominatiuus*, la leue *Genitiuus*, de la leue *Datiuus*, à la leue
Pluralis	*Nominatiuus*, les leues *Genitiuus*, des leues. *Datiuus*, aux leues

Accuſatiui & vocatiui ſimiles ſunt nominatiuis, & ablatiuus genitiuo in vtroque genere & numero, &c. Hæc de participiis præſentis & præteriti temporis. Nam participia futuri temporis in rus & in dus apud Gallos deſiderantur: verùm illa vel efferunt per futurum indicatiui eius verbi à quo deſcendunt: vt, ſum amaturus, i'aymeray: *ſum amandus*, ie ſeray aimé: *idem in aliis perſonis. Vel circumloquuntur per infinitiuum eiuſdem verbi, cum verbo debeo, ſic, ego ſum amaturus*, ie doy aimer: *tu es amandus*, tu dois eſtre aimé: ie doy croire, ô Chriſt, & tu dois eſtre creu. L'Eternel doit parler & commander, & l'homme doit ouir, en tout & par tout obeir à iceluy, &c. Le prece-

precepteur doit enſeigner, & le diſciple doit eſtre enſeigné.

Hæc de quatuor primis ac potiſſimis orationis partibus dicta ſufficiant. Supereſt vt aliquid de reliquis quatuor, quæ indeclinabiles vocantur dicamus.

De aduerbiis.

Aduerbia, alia à nominibus, alia verò ex ſeipſis fiunt, Quæ autem à nominibus proficiſcuntur, ſemper terminantur in ent: *formantúrque à fœminino ſui nominis, addita hac particula* ment: *vt*, belle, bellement: ſotte, ſottement: ſeure, ſeurement, iuſte, iuſtement: ſaincte, ſainctement: docte, doctement: elegante, elegantement. *Dicimus etiam per ſyncopem*, elegamment, abondamment, prudemment, vaillamment, ignoramment, hardiment, &c. *pro* elegantement, abondantement, vaillantement, prudentement, ignorantement, hardiement, &c.

Huiuſmodi aduerbia ſunt penè infinita, quemadmodum nomina ipſa à quibus deſcendunt.

Quæ autem ex ſeipſis fiunt, diuerſorum ſunt generum & diuerſarum ſignificationum: alia enim ſunt loci, alia temporis, alia numeri, alia, &c. quemadmodum apud Latinos. Horum omnium ſignificatio & vſus, cùm ex Dictionario Latinogallico Roberti Stephani, tum ex frequenti vſu & lectione aſſidua petenda eſt.

De aduerbiorum comparatione diximus ſuprà, pagina decima tertia. Supereſt tantùm vt aliquid de aduerbiis negandi, haud, non, ne, nec & neque dicamus: quæ idem omnino ſignificant, ſed diuerſimodè efferuntur: etenim in propoſitione abſoluta ſemper illa efferimus per ne, *cui addimus alteram iſtarum duarum particularum* point, *vel* pas: *idque mediatè, ſic vt verbum ipſum ſemper interponatur:*

exemplum, Celuy n'eſt pas ſage, qui ſe fie à vn fol. *item*, Vous n'aimez point la paix, & nous ne cerchons point la guerre: Vous n'auez point pitié des poures, & le Seigneur n'aura point miſericorde de vous, &c.

Extra propoſitionem verò efferimus per non, *vel* nenny: *vt ſi dicas*, Auez vous fait cela? *reſpondeo ſimpliciter* non, *vel* nenny, *non autem* ne. *Sed in propoſitione dices*, ie ne l'ay point fait. *item*: *ſi interroget aliquis dicens*: Me doy-ie fier en ma proſperité? *vel ſic*, Eſt-il bon de reueler ſon ſecret à tous? *reſpondes*, non, *vel* nenny, &c. *Itaque* ne, *ſemper in oratione, & nunquam extrà*: *ſed* nenny, *nunquam in oratione, ſed ſemper extrà reperitur*: non *verò aliquando orationem intrat, quanquam rarò*: *atque tunc ſemper adiungit ſibi alteram iſtarum duarum particularum* point, *vel* pas, *ídque immediatè, hoc modo*, Non point à nous, non point à nous Seigneur, ains à ton nom donne gloire & honneur. *item*, Nous viuons non pas tant du pain, que de la parole qui procede de la bouche de Dieu, &c.

Aliquando loco point *vel* pas *pònimus* rien *vel* iamais: *vt*, Cela ne vaut rien: l'homme ſage ne dit iamais: Ie ne l'euſſe pas penſé. *Item*, Ceux-cy n'eſtiment rien l'honneur de Dieu: Vous ne cerchez rien ſinon de vous enrichir par tromperies, & pource vous ne trouuerez iamais les vrayes richeſſes, &c.

Interrogationes autem facta per Num, vel nunquid, efferuntur dupliciter, affirmatiuè ſcilicet & negatiuè: *affirmatiuè ſic*: Nous voulons nous bander contre l'Eternel? ou, Pourrons nous reſiſter contre ſa volonté? Dieu eſt-il iniuſte qui ameine ire, & punit nos fautes? ia n'aduienne, &c.

Negatiuè verò ſic, N'eſt-il pas meilleur auoir vn bon amy en place, qu'argent en coffre? *item*, Neſt-ce pas

pas courage royal endurer le mal patiemment, pour auoir bien fait? Ne vaut-il pas mieux mourir glorieuſement, que viure en deshonneur & miſere? *Nunquid melius eſt, &c.*

Cæterùm aduerbia quanquam verba determinent in oratione, gàllica tamen certum locum non habent, ſed aliquando in initio, quandoque in medio, interdum verò in fine collocantur, prout locus, materia & occaſiò exigit, quemadmodum apud Latinos.

De præpoſitionibus.

Præpoſitiones eædem ipſæ ſunt Gallis quæ & Latinis, quarum aliæ compoſitionem admittunt, aliæ verò non. Ex ÿs autem quæ compoſitionem intrant, aliæ ſunt ſeparabiles, aliæ verò inſeparabiles, quemadmodum apud Latinos: exemplum de ſeparabilibus, vt doucir, addoucir: ioindre, adioindre: dire, contredire: venir, contreuenir: prendre, entreprendre: meſler, entremeſler: faire, parfaire: donner, pardonner: chaſſer, pourchaſſer: baiſſer, abbaiſſer: batre, abbatre: tenir, abſtenir: mettre, demettre: poſer, depoſer: dit, edict: qualité, equalité: horter, exhorter: terminer, exterminer, &c. *exemplum de inſeparabilibus*, di, dis, re, ſe, en, con: facile, difficile: forme, difforme: cours, diſcours: ſemblable, diſſemblable, dire, redire: celer, receler: iour, ſeiour: courir, ſecourir: fermer, enfermer: ſuyure, enſuyure: danner, condamner: deſcendre, condeſcendre, &c.

Cæterùm hæ præpoſitiones, a, ab, abs, de, e, ex, gallicè idem omnino ſignificant: atque per articulum genitiui maſcul. du *efferuntur, ſi nomini appellatiuo maſcul. non appropriato & à conſonante incipiente præponantur: alioqui ſemper & vbique efferuntur per articulum fœmininum* de: *exemplum vtriuſque*, Toute verité procede de Dieu,

& tout menſonge prouient du diable. Le premier homme eſt de terre, terrien: & le ſecond eſt du ciel, celeſte. *item*, du dict au fait, y a grand trait. *dicimus etiam*, ie vien de voſtre village: *non autem* du voſtre village, *quoniam pagus hic eſt nomen appropriatũ: nomina autem propria & appropriata articulos fœmininos recipiunt, vt ſuprà pagina decimaquinta docuimus: idcirco dicimus*, Cela procede de mon ſeigneur, de mon pere, de Iean, de George, &c. *non autem* du mon ſeigneur, du Iean, &c. *dicimus etiam*, Cecy vient de l'or, de l'argent, de l'hoſte, de l'vſage, &c. *non autem*, du or, du argent, du homme, &c. *quoniam illa nomina incipiunt à vocali.*

Idem omnino dicendum eſt de præpoſitione in: quæ ſi nomini appellatiuo maſcul. non appropriato incipiente à conſonante præponatur, per articulum datiui maſculini au *effertur: alioqui ſemper & vbique effertur per* en: *exemplum*, Les Anges ſont au ciel, & les hommes en terre: les enfans de Dieu ſont au monde, mais ils ne ſont pas du monde. item, Ne mets point ta fiance ne ton eſpoir en l'homme, n'y en l'or, ny en l'argent: ains en vn ſeul Dieu viuant. *dicimus etiam*, Allons en noſtre temple, *non autem*, au noſtre temple, *quoniam templum hic eſt nomen appropriatum: ſed* au temple *ſimpliciter dicimus.*

In plurali verò effertur communiter per aux: *interdum etiam per* és: *exemplum vtriuſque*, Les vns ſont aux fauxbourgs de la ville, & les autres ſont és portes: Benit ſoit celuy qui vient aux hommes au nom du Seigneur. *item*, noſtre Pere qui es és cieux, Ton nom ſoit ſanctifié, &c.

Porrò hæc præpoſitio de, *in compoſitione plerunque ſignificationem contrariam efficit*: vt faire, defaire: lier, deſlier: mettre, demettre: couurir, deſcouurir: loger, deſloger: loyal, deſloyal: honneur, deshonneur: eſperer,

rer, deſeſperer, &c. *Dixi plerunque quoniam aliàs dicimus*, venir, & deuenir borgne:partir, & departir les biens:nier, & denier la debte: chaſſer, & dechaſſer les meſchans:rober, & deſrober quelque choſe, ſecher, & deſſecher les habillemens, &c. *Sed prapoſitio* in *ſemper & vbique contrariam ſignificationem in compoſitione efficit, quemadmodum apud Latinos: vt*, iuſte, iniuſte: fidele, infidele: docte, indocte: viſible, inuiſible, &c. *quandoque effertur per* en, *ſed rarò: vt* amy, ennemy, *inimicus.*

Idem omnino dicendum eſt de iſta particula mes: *vt* cognoiſtre, meſcognoiſtre: croyant, meſcroyant: content, meſcontent: prẽdre, meſprendre: priſer, meſpriſer: dire, meſdire: ſeant, meſſeant, &c.

Nec ſilentio prætereundum hîc, quod ſuprà pagina quinquageſima tertia admonuimus hanc præpoſitionem de, *eleganter iungi verbis in infinitiuo, &c. aliquando etiam illi additur* s, *vt dicamus*, Dés le commencement iuſques à la fin, i'ay eſtudié en toutes bonnes lettres dés mon enfance, &c. *Interdum verò additur illi* puis: *exemplum*, Abſalon eſtoit fort beau depuis la plante des pieds iuſques au ſommet de la teſte: *à veſtigio ad verticem: nonnunquam etiam ponitur loco* du: *vt*, vous ſortez hors de propos, *pro* du propos: vous n'auez point de ſens, ne de cœur, ne de courage. *item*, Ceſt homme-la boit plus de vin que quatre, & mange plus de fromage que de pain &c.

De coniunctione.

Coniunctiones Gallis frequentiſſimæ ſunt ac pauciores multò quàm apud Latinos: etenim copulatiuæ omnes ferè per & *gallicè: diſiunctiuæ per* ou: *aduerſatiuè per* mais: *cauſales verò per* car: *& rationales per* donc, *efferun-*

tur. Expletiuas autem, quæ nulla ſignificationis neceßitate, ſed tantùm ornatus gratia orationi inferuntur, Galli propriè non habent. Itaque præcipuæ coniunctiones quibus communiter vtuntur hæ ſunt, et, ou, mais, car, donc: *exemplum horum omnium,* Ceſt homme là penſe complaire à Dieu & au monde: mais il s'abuſe: car nul ne peut ſeruir à deux maiſtres: car ou il haira l'vn, & aimera l'autre: ou il s'adioindra à l'vn, & ne tiendra conte de l'autre. Nous ne pouuous donc ſeruir à Dieu & au monde, &c.

Reliquas coniunctiones omnes, quales ſunt or, certes, toutesfois, neantmoins, iacoit, ains, auſſi, aſſauoir, pource, pourtant, parquoy, que, veu que, combien que, puis que, pourueu que, ni, ſi, ſinon, *& ſi quæ aliæ huiuſmodi ſint, vnà cum illis quinque ſuprà dictis, ſignificationem denique & ordinem earundem in oratione gallica vſu & lectione aßidua longè facilius quàm regulis deprehendes: exemplum adducam de* ni *&* ains, *quòd obſcuriores cæteris videantur.* La richeſſe enorgueillit l'homme, & la poureté aucunefois luy cauſe vn deſeſpoir: & pource ie ne deſire ni l'vn ni l'autre, ains ſeulement mediocrité. *item,* Ceſte maiſon ne ſera ni à moy ni à toy, ains ſera diuiſée.

De interiectione.

De interiectione, quòd non tam dictio quàm ſonus inconditus, animi affectum ſignificans ſit, non habeo quid dicam, niſi quòd Galli etiam hac in parte imitantur Latinos, qui ſuos affectus, ſiue illi admirantis, ſiue comminantis, ſiue gaudentis, ſiue dolentis, per haſce interiectiones exprimunt atque ſignificant, quanquam alioqui Gallis nõ tam frequentes, neque tam multæ ſunt atque Latinis: parcè enim in loquendo hoc vocum genere vtuntur.

Hacte-

Hactenus de octo orationis partibus: ſupereſt vt pauca quædam de conſtructione dicamus, atque ſic finem huic noſtro opuſculo imponamus.

De ſyntaxi.

Abſolutis partibus orationis, ſupereſt vt aliquid de illarum diſpoſitione, quam conſtructionem vocant, tractemus. Hæc enim pars eſt potiſſima Grammatices, quæ concordantiam generum & regimen verborum, atque legitimum ordinem partium in oratione docet. Multum ſiquidem refert quo in loco verba & cætera partes collocentur in oratione Gallica: etenim ſi omnia confusè & ſine ordine commiſcueris, atque ſic ordinem ipſum legitimum inuerteris, vt præponenda poſtponas, & poſtponenda præponas, ipſa verba gratiam non habebunt, neque ſenſum abſolutum efficient, verbi gratia: Si quis volens dicere, Tous ceux qui veulent viure fidelement en Ieſus Chriſt, ſouffriront perſecution. *dicat,* Tous viure perſecution, qui en ceux fidelement Ieſus Chriſt ſouffriront veulent: *nullus vnquam aſſequetur, nec quid ſibi velit intelliget, quanquam vtrobique eadem omnino verba ſint, quoniam legitimum ordinem minimè habent. Idcirco negligenda non eſt hæc Grammatices pars in hac lingua Gallica. At de ea certas regulas (quemadmodum Latini faciunt) tradere haud poſſumus: vſu enim & lectione aſſidua potius, quàm arte aut regulis diſcitur.*

Hoc interea obſeruaui, quòd Galli concordantiam generum & numerorum, atque regimen verborum, iuxta canones linguæ Latinæ diligenter obſeruant: deinde quòd in oratione abſoluta primùm omnium præponunt nominatiuum caſum: deinde mox ſubiungunt verbum: poſtea caſum verbi: & vltimò aduerbium: cæteras verò partes intermiſcent, præponunt & poſtponunt iuxta ſermonis exi-

gentiam, quemadmodum fit in lingua Latina: exempli gratiâ, Ie ſeruiray à l'Eternel mon Dieu treſuolontiers, iuſques à la mort, &c. *quanquam hic ordo non ſit ſimpliciter neceſſarius, nec perpetuò obſeruetur. poteſt enim inuerti hoc modo,* Iuſques à la mort ie ſeruiray treſuolontiers à l'Eternel mon Dieu, *item,* treſuolontiers à l'Eternel mon Dieu ſeruiray-ie iuſques à la mort. *item*, à l'Eternel mon Dieu treſuolontiers iuſques à la mort ie ſeruiray, &c.

Hîc verba quidem tranſponuntur: at ſignificatio & ſenſus manet vnus: aliud exemplum, Les ſacrifices doyuent eſtre faits à Dieu auec petite deſpenſe (diſoit Socrates) pource qu'il n'a point beſoing de nos biens, & qu'il regarde plus le cœur de celuy qui ſacrifie, que les ſacrifices meſmes, &c.

Dixi in oratione abſoluta, quoniam imperando, & interrogando ſemper incipimus ab ipſo verbo, vel à me, te, ſe, *ſi adfuerit: mox ſubiungimus nominatiuum: poſtea ſequitur caſus verbi: exemplum*, Veux-tu auoir la vie eternelle? garde les commandemens: honnore Dieu & obey à ſa parole. *Item*, Me repentiray-ie d'auoir bien fait? ou laiſſerons-nous de bien-faire pour l'ingratitude des meſchans? ia n'aduiene, *vel à negatione ipſa ſi propoſitio negatiua fuerit: exemplum*, Ne menaſſe perſonne, car c'eſt œuure de femme: ne porte point d'enuie au meſchant, qui ſemble proſperer. Ne fais poit à autruy, ce que tu ne voudrois eſtre fait à toy meſme, &c.

Philippus Commineus ſemper præponit verbum ſuo nominatiuo ſic, Et commanda le Roy, qu'vn chacun ſe retiraſt en ſon logis, &c. Et vindrent les ambaſſadeurs de tous coſtez, pour moyenner la paix entre les princes, &c. *At iſte modus loquendi eſt paulò obſcurior.*

ſcurior: idcirco mihi non vſque adeò probatur, ſed aliorum eſto iuditium.

Eſt & alius modus exordiendi orationes Gallicas, quaſi à verbo imperſonali Habet, il y a: *cui ipſe certam regulam aſſignare nequeo, licèt tritiſsimus atque vulgatiſſimus ſit apud Gallos. Plerunque tamen fit, vt quotieſcunque vos Germanicè orationem auſpicamini per loquendi modum vobis familiarem,* es iſt, *aut* es ſeint: *Exemplum,* Es ſeint vvarlich heut vvenig leute, &c. Il y a certes peu de gens auiourd'huy qui fauoriſent entierement à Ieſus Chriſt, & à ſa parole. Il en y a moins qu'on ne penſe. *item,* Il y a trois choſes qui chaſſent l'homme hors de ſa maiſon, aſſauoir la fumee, la goutte qui chet d'en haut, & *la* femme rioteuſe, &c.

Interdum etiam ſimpliciter dicimus, Il eſt bon de conuerſer auec les ſages. *item,* Il vaut mieux eſtre Roy de ceux qui ont l'or & l'argent, qu'auoir l'or meſme.

Hæc pauca habui, quæ annotarem de ſyntaxi, cum iis quæ ſuprà pagina vigeſima prima diximus.

QVoniam igitur hæc ſyntaxis Gallica vſu potiùs & exercitatione quàm arte acquiritur, lectio ipſa noui Teſtamenti ſeu Euangelij Domini ac vnici Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti, Gallicè verſa plurimũ proderit. Nã præter fructum illum veræ pietatis, conferet etiam quotidiana verba & phraſes loquendi. Suaſerim itaque vt primùm omnium in lectione Euangelij nos exerceamus: deinde ſi libet, ad aliquam hiſtoriam qualis eſt Philippi Comminei (quæ de bello inter Ludouicum XI. Gallorum Regem, & Carolum Burgun-

dionum Ducem ſcripta extat, quæ & phraſes difficiliores continet) nos accingamus. Huius enim lectio non ſolùm linguam informabit, verùm etiam mores, adeóque mentem ipſam erudiet. Nam præcepta cùm œconomica, tum politica (præter hiſtoriam rerum geſtarum) mira breuitate perfectiſſimè tradit. Poſtmodùm in cæteris etiam authoribus huius noſtri idiomatis, ceu in portu, tutò ac facilè, non ſine fructu nauigabimus. Dominus Deus Opt. Max. nobis omnibus adſit, ſtudia noſtra foueat, nóſque tueatur, atque dirigat Spiritu ſuo ſancto vſque in vitam æternam, ídque nomine & merito ſui vnici atque dilectiſſimi Filij, Domini ac Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti: cui ſit honor, laus & gloria per omne æuum, Amen.

FINIS.

Österreichische Nationalbibliothek
+Z161686201